



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quæstio 1. An Christus re ipsa fuerit in sublime euectus à Sathana?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

eorum ignauam & verbi sui contemptum Deus vlciscitur.]

Debit scripturarum impius interpolator, deprauator, & mutilator nobis hoc conuiuium facere, vt scripturam suppressimè videremus, cum tamen eius legitimus vsus sit apud nos solus.

Nos vero quomodo sumus scripturam suppressimè? quam tot vbique modis proferimus & explamus? Docemus quotidie ex scriptura pugnare cum Satana. Monemus ne sua arma extorqueri sibi patiantur, vt quibus legi debebant, illis ipsis iugulentur, dum arma tractare nesciunt. Thronos huius militiæ sine campiductore, in aciem descendere periculolum ducimus, nec suis auspiciis arma imperite mouere, hoc suo proprio sensu scripturis abuti, permitimus. quod nec improbare Caluinus potest, qui se Bucrum scutum esse proficitur in Euangeliorum expositione, & hunc à veteribus adiutum. Si igitur illi non suo sensu, sed alieno adiuti hæc arma tractant, cum nobis idem non liceat? Quod si de illis agamus, qui scripturas de fidelium manibus excutunt, haud facile peniciosos æque inueniemus, atque illi sunt, qui errorem sacris scriptoribus tribuunt, quique parum æstimant, si modo peregrino tractentur. Caluinus id parui facit, statuta Gebennensis pag. 12. 13. edit. 1562. vitia ministrorum intolerabilia quædam recent, vt ludos, & choreas, alia tolerabilia, adhibita correctione fraterna, qualia esse dicte peritum scripturam tractanda modum, qui scandalum pariat. Hoc si in ministro tolerabile est vitium, quid erit in idiota? Quomodo obuiam ibitur dæmoni, modo, quo non est vsus Christus aut Ecclesia?

VERSVS 5.

Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem, & statuit eum super pinnaculum templi, & dixit ei, Si filius Dei es mitte te deorsum. Scriptum est enim: Quia angelis suis mandauit de te, & in manibus suis portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

QUESTIO I.

An Christus reipsa fuerit in sublime euectus à Satana?

§. 1. Eodem argumento vtuntur, qui aiunt, quique negant. Indignum est Christi maiestate à Dæmone per aera vehi, indignus videtur Domini sensibus illud, vt in eremo consistens, super templi pinnaculum, vel montis verticem sibi locatus videretur. Minus est enim à Satana ferri, quam eius præstigiis obnoxium fieri. Mihi omnino Christus & in montem, & super pinnaculum reipsa collocatus videtur: nec assentior auctori de virtutibus cardinalibus, qui aliter existimat. A multis ambigitur verum fuerit hic translatio corporalis: & si de loco in locum Christus transferri permiserit, eo modo quo Abacuc de Iudæa in Chaldaeam translatus est; & Philippus de Azoto in occursum Eunuchi, qui reuertens de Hierusalem, non intelligens Esaiam, codicem reuoluebat. Sed quod corporaliter eum diabolus tulerit, videtur inconueniens: quod humeris eius Saluator insisteret, & pro vehiculo vsus sit quem præcipitorem sciebat; vel ei ferendum se commiserit, cuius infidus agnoscebat. Suo itaq; spiritu eum credendum est ductum, & in desertum, & super templum, vt vtriusq; eum diabolus assumeret ad tentandum. Et localiter quidem in deserto prima fuit tentatio; sed ceteras eo modo circumduxit Adamus Conzen in Euang. Tom. 1.

tentatoris astutia, vel circumduci passa est patientia Saluatoris, quo modo Ezechiel cum super flumen Chobar sederet, Hierosolymam raptus in spiritu ciuitatem adificat, & metitur, & muros, & templum inflatur. Hoc modo super culmen templi Christus erat in spiritu; sciens quid antispiritus affectaret, & hosti se de vanagloria pulsatur oportunitatem parabat. Hæc ille vel Cyprianus, vel auctor sanè vetustus.

Primo mouet me verborum proprietates, vt reipsa translatum putem: dicit enim *ἔλαβεν αὐτὸν ὁ ἑσπέραιος*, & Luc. 4. 4. *ἀναγὰρ οὐ δύεις*, & v. 9. *ὁ ἥρα γὰρ αὐτὸν εἰς ἔρημον*. Et duxit illum in Ierusalem, & statuit supra pinnaculum templi. Eodem modo & Syrus *ܐܬܝܬܐ ܠܥܠܡܐ* translulit eum. Quæ omnia torquentur; si aliud aliquid significant, quam veram translationem. Si enim ista solum in sensu externo, vel imaginatione Dominus pertulit, cur non de ipso Satana, ieiunio, colloquio idem dicemus? non in somno, non in imaginatione, sed reuera illa peracta sunt. Quam vim porro tentatio habuit, si dæmon stanti in eremo dicebat: Mitte te deorsum. Velenim putabat dæmon; Christi sensus, imaginationemque ita illudam, tunc etiamque, vt ratio, liberumque eius arbitrium, & circumspectarum consideratio non constaret, vel putaret sensibus & imaginariæ potentia per præstigiis occupatus, iudicium integrum esse, quo cognosceret se in plano, non in pinnaculo consistere: Non hæc disputo, quasi rationem Christi turbare dæmon potuerit; sed de mente eius qui tentabat, loquor. Si existimabat iudicium Christi illudam esse, ridiculum se tentatorem exhibebat; quid enim hoc magnopere virum prudentem moueret; si in plano stanti diceret, mitte te deorsum? imo si ipsum templum intueretur, non modo si imaginatione duntaxat complecteretur, parum virum haberet illa tentatio. Quod si illum omnino sensibus alienatum, & mentis inopem crederet; vt solent esse, qui excessum, aut somnia patiuntur, nihil profutura erat tentatio, cum somniantes, aut à mente alienati non peccent. Frustra sane cum eo disputaret, quem intelligentia nulla vi existimaret: aut sane debili, qui somniantes interdum habent.

§. 2. Dicitur translatus, & locatus super pinnaculum *ܐܠܥܝܢܐ*, Syriace *ܐܠܥܝܢܐ*, quod non est signum, quale nobis in turribus, cum plana tecta Palæstinorum ædes habent. Vt vero huius tentationis occasio fuit, grauitasque intelligatur, historia & descriptio templi cognoscenda, quæ huic rei est necessaria. Altrudo templi erat 120. cubitorum Ioseph l. 8. c. 2. antiqui. Deinde cochlea erat, qua in superiora ascende batur, muri crassitudine inclusa, vt refert Iosephus eodem loco. Tectum erat è ligno, sed auro tecto. In summo autem, inquit Ioseph l. 6. c. 6. *auris verubus horrebat acutissimis, ne ab insidentibus auihus pollueretur*. Huc igitur Christum deduxit Satan, vt vel eum vana gloria, ad Deum tentandam induceret, aut ad desperationem adigeret. Erat enim in extremo periculo, humanitus loquendo Christus. Descendere per cochlam non poterat, seculis, ferroque munitam. Si maneret, fame moriendum videbatur; si per ambitum seu peribolum prospiciens, illis qui in subiecta area velabantur se ostenderet, non minora se pericula offerebant: iudicio enim sistendus esset, vbi quæreretur; quis esset? quomodo conscenderet, quo fine, quo proposito? suspensiones incendiis, furoris, profanationis templi, minimum hoc efficissent, vt ad diuissimas quæstiones admoventur. Si à diabolo se adductum fateretur, tanquam magus & veneficus cremaretur. Hæc omnia tum proponebantur, & ex se perspecta erant. Hinc tentator domino, vt putabat, in extremo discrimine posito, omnes neruos intendit, vteo adigeret, vt se præcipitem daret, vel à Deo seruandus, vel sane quæstionum triffissima vitaturus; vt eo modo *ἀνέχεσθαι* faceret.

F 2

Quam

Proprietates
verborum
tenenda est.
Tentatio
perit,
imaginationis
fuit.

ADAMUS CONZEN
IN
+ EUANGELIA
CVI
18

Periculum
Christo
manente
se precipi-
tante in-
tentat.

Quamuis hoc dissimular, de sola fiducia in Deum verba faciens. Quasi illudat & dicat. Tantā in Deum es fiducia, ut ex omni verbo Dei te vivere posses iactes, perstas in ea sententia, & te precipita; quia scriptum est. Angelis suis mandavit de te, & in manibus tollent te. Tam poteris in lapsu sustineri ab angelis, quam absque eo vivere: Et dura te necessitas cogit, hic manenti famēs, & mors; illi inde prehensio examen, contumelia, cruciatus. Hæc erat futura, nisi Christus Deus fuisset, efficax tentatio, cum enim hominem animum demon aggreditur, facile in partem aliquam trahit.

Demon
scriptura
abutitur.

§. 3. Mitte te deorsum, inquit, *βόλε* proice, in hebreo est, animam tuam, sensum Evangelistæ reddidit. Insigne documentum, quomodo occurreretur illis sit, qui scripturam ad perfidiam, aut scelera abutuntur. Psalmo 9. 11. scriptum est. *Quoniam angelus suus mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis, in manibus portabunt te, &c.* Ex ea fideles concludunt; in vita nostra, prosperis, adversisque in Deo sperandam, in eius nos tutela esse. At Satan aliud conficere satagit; in media pericula, in gladios, & ignes illa se præsumptione v-

Ex eadem
scriptura
contraria
conclusio-
nem.

num quemque iactare posse. Pie igitur, pureque scriptura tractanda est; non minora namque prava eius interpretatio, quam ignorantia mala peperit. Nec audiendi hæretici in perniciem suam elogia Dei torquentes, sed ex vera scripturæ intelligentia respondendum est. Hanc confidentiam imitantur hæretici a tentatore mutati, fatetur hoc ipsum Bullingerus in

Confiden-
tia per
hæreses
inducta
mores
corrumpit.

„multum hodie Ecclesiam vexat atque conturbat Sa-
„tan. Nam antequam illuxisset mundo Evangelium,
„in Papismo vexavit maiores nostros *ἀνίστα*, nunc ubi
„hæc per fulgorem evangelii dispulsa est, posteros val-
„de affligit infelicissima *ὑποταγή*; quam & scripturis fir-
„missime confirmare videtur, hoc ferme modo; si fi-
„dem habes, filius Dei es, liberatus à peccato, morte &
„diabolo, fide viues: ergo fidei confisus, non est quod
„ulla cures bona opera, quibus neque eger Deus, neque
„his vitam æternam concedit. His addit multa eviden-
„tia scripturæ loca, quæ ut maxime Dei bonitatem erga
„nos commendant, quemadmodum & in Psal. 91. fieri
„videmus. Interea tamen confidentiam non tradunt.
„Huic tentationi similis est & illa, si electus es prædesti-
„natione Dei æterna, certissime saluaberis, ut te in
„hisce terris geras: neque electione nullam vllis impe-
„trabis operibus. His subiunguntur testimonia, Ego
„cognoſco oves meas, & has nemo rapiet de manu
„mea. Non est volentis, neque currentis, sed Dei mise-
„rentis. Hisce multis in eam securitatem inducit, ut de
„sua salute nihil solliciti in utramque aurem dormiant,
„fideique libertate proſus abutantur, non fideles iam,
„sed homines proſus confidentes, tandem & Epicuri
„dege porci.]

Hic fructus est novi Evangelii, quod ignorarunt Patres nostri. Par omnino est confidentia eius, qui se de angelorum adiutorio certus ex alto precipitat, & illius, qui iustitiæ, ita Dei, salutis securus sceleribus indulget. Imo gravior est fiducia securitatis culpa: Sibi enim non modo ad flagitia animos facit, impunitatis *ἀνυποψία*, & certissima persuasione, sed magno etiam impetu alios trahit.

VERSUS 8. 9. 10.

Iterum assumpsit eum diabolus in montem excelsum valde: & ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum, & dixit ei, Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me.

Tunc dicit ei Iesus, Vade Satana, scriptum est enim, Dominum Deum tuum adorabis: & illi soli servies.

QVÆSTIO I.

Quomodo ostendit?

§. 1. Difficultatis ratio ex Luca oritur: qui ait omnia ostensa *ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ*, in momento temporis; quare putant vel imaginationi eius impressisse, vel oculis obiecisſe, ut vno momento cuncta cerneret, nec regna modo, sed gloriam eorum: Caluissus factū esse Dei dispensatione, ut Satan illi oculos stringeret, alii in speculo, alii alio modo factum arbitrantur.

Quod momentum seu *ῥῆμα* appellat Evangelista, non opus est de tempore indubitabili Mathematica *ἀκριβὴς ἐκλογὴ* & subtilitate accipere, sed morali breuitate, eaque quàm maxima. Sic enim latini loqui consueverunt.

Quid enim? concurritur, hora

Momento citamors venit, aut victoria lata. Omnia regna mundi & plagas, & regna demonſtrat, Hinc Romanum opes, classes, exercitus, hinc regnum Perficum, Indicum, & quam paucissimis verbis exposuit, breui tempore.

Hæc promittit si cadens adoret, iam palam ad seculus hortatur, ut si faciat, Christum esse non credat: Si renuat, quasi telis suis inuulnerabilem deserat. Cui Dominus iam plane victor responderet: *Vade Satana*: alia exemplaria, quæ habent; *ὁμολογῶ με, post me*, incorrectiora sunt, aliunde huc translatum est.

QVÆSTIO II.

An illis verbis, Dominum Deum tuum adorabis & illi soli servies, excludatur cultus sanctorum?

§. 1. Deut. 6. 13. Non est particula, *μόνον* soli, Christus interpretatus est in eum modum, ut perspicua esset refutatio. Hinc omnes, ut Caluissus l. 1. c. 12. §. 3. inſtit. Et quum Christus Satana inſultum repellit hoc clypeo, scriptum esse Dominum Deum tuum adorabis, non veniebat nominatim in mentem latrā, Satan enim non nisi *ἐν ὀνόματι* exigitur.

Beza non nisi duplicem cultum agnoſcit, civilem, Cultus sa-

& religiosum, neutrum convenire sanctis.

Res quidem clara est, & rem facile verba sequen-

tur. Honor, cultus, adoratio, alia religiosa est, vni soli *ἱερὰ*.

Deo, primo omnium principio, omnium fini vltimo

conueniens, nulli creaturæ, quantum vis insigni, con-

ueniens. Is honor si cuiusque deferatur alteri, seculus

idololatriæ est: non damnatione modo, sed etiam mor-

te temporaria plectendum. Alius honor, cultus, ado-

ratio, est civilis, quæ viro forti, bene merito, patri, pa-

trono, senatori, consuli, principi regi deferatur, ob civi-

lem aliquam, & in rebus humanis eminentiam. Et hæc nū-

quidem in re inter nos cōuenit. Nos vero aliud genus

honoris, cultus, adorationis agnoſcimus, ab utroque

diuersum. Cum creaturam quampiam colimus, ado-

ramus, honoramus non ob civilem aliquam excellen-

tiam, sed ob gratias, & dona supernaturalia. Sic enim in sanctis

frequenter prophetas, & viros sanctos magno hono-

re prosequimur, ob magnas Dei dotes, quas in illis re-

lucere videmus. Honor ille diuinus non est, deferatur

enim ut creaturis, ut servis Dei. Civilis non est; non

enim in illo spectatur dignitas politica, sed spiritalis.

Itaque si angelus alicui loquatur, honorare illum lice-

bit, nec tamen honor est civilis; Dei vnius honorem

λατρίαν vocamus, ut Aug. in Epist. ad Rom. aliū vero

Sanctis tribui solitum *δουλίαν*, & interdū eius partem

ὑποδουλίαν; non quod nō & *λατρίαν* creaturis deca-

mur, & *δουλίαν* Deo; sed quod ea sit in Ecclesia cōſue-

tudo